

Prototo Aduentu.

31

hypocriticalis quæ superstitione puritati exteriori inuigilat interiori neglectâ, immo turpiter depravatâ; virtualis Meritum, ad quod necesse est, vt vis rationalis ab omni errore destruente munda sit per abstinentiam à duplicitate intentionis, falsitate opinionis, prauitate cogitationis; concupisibilis ab errore malè iuflammante, abstinentia à terrena affectione, ab obscena delectatione, nociva operatione; irascibilis à timore male humiliante: Præmium quod est triplex visio per natum; cognitione enim Dei omnibus naturaliter insita est secundum Boetium; per gratiam quæ fidei lumen est; per gloriam non permanentem, sed transiuntem.

Sermone undecimo, in beatitudine septima immoratur pacisque inuestigari: Donum, per quod, securitas habetur in passione boni honesti, vitilis, delectabilis; in quo diuersitas temporis, pectoris, aternitatis inuenitur; in quo integritas est cum Deo, seipso, proximo: Statum, status pacificus est habere pacem cum carne; mundo; diabolo; r. à carne exigenda, 2. reijsienda cum à mundo offertur. 3. à Deo impetrâda: Fructum, tria faciunt filium Dei, fides formata & viua; charitas & dilectio inimicorum, pacis concordia.

Sermone duodecimo, de octaua agit beatitudine sc. martyrio, & iustorum persecutione procuius laude disce: Primo Martyrem tria efficere peccatum seu persecutionem in substantia, famam, personam; causam seu motivum: patitur enim properer iustitiam fidelitatis, moralitatis, charitatis; perseverantiam, seu præmum, aut perseverantiam præmium: Secundo, ad triplicem sustinentiam Christum iustos hortari sc. maledictionum; persecutionum, detractionum: Tertio, in tribulationibus quas patimur ut meritior sint tria debere concurrere, mendacia falsa, causam iustitiam, letitiam magnam.

Sermone decimo tertio, de christiana perfectione evangelica obedientia verba habet & asserit, I. Obedientiam, esse in summo abdiciatuam seu

A separatiuam omnium quæ potestat hominis subiiciuntur, in summo unitiuam connectendo statum regularem, & societatem quorūcumque coniuentium, in summo promotiuam, mouendo ad bonum, in summo præseruatiuam, à periculis & malis præseruādo: II. Obedientia iugum leue fieri per duodecim suavitates, sc. exemplum simili Dei, humiliationem, separationem, à terrena affectione, dilectionem, subleuationem, emulationem, dominationem, discretionem; promissionem,unctionem, assuptionem, deportationem: III. Septem gradus ad obedientium ascendendos qui sunt, libenter obedire prælato suo; simpliciter, hilariter; velociter; magnanimititer, humiliter, perseveranter. Tom. 3. operum suorum à fol. 1. col. 1. ad fol. 90. col. 1.

Eiusdem, Aduentuale aliud de inspirationibus, quod quinque tantum sermones componunt, in plures alios extendendum.

In primo sermone inspirationum videtur varietas; & i. inspirationum distinctione alia sunt diuinæ; alia angelicæ; alia à propriâ virtute memorie ad salutem, alia diabolice, alia à propria malitia & habituata & naturâ iniquitate, alia ex naturali necessitate in se seu in altero, alia à condecoria temporali in se aut in proximo absque merito gloriæ aut pœnae: 1. Impossibilitas discretionis, impossibile est de tribus primis inspirationum generibus discretionem habere, non possibile malarum inspirationum habere notitiam sive duarum penultimarum, difficile duas ultimas cognoscere: 2. Inspirationum aperatio alia delectant animam, corpus, animam & corpus sive virtuosæ sive vitiosæ, alia virtuosæ & vitiosæ cruciat animam, corpus, animam, & corpus, alia delectant animam & affligunt corpus, delectant corpus & cruciant animam, delectant & cruciant vario respectu.

In secundo sermone, inspirationibus discernendis immorans triples distinguit quæ exaudiantur: Primæ cruciant, exaudiuntur autem, dum ad la-

F